



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De irregularitate ex homicidio lingua co[m]misso. c. 83. 84. & 85.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

homicidii, irregularitatem inducit, ut constat de cædente ramum de arbore aliena, ex quo secuta est alicuius mors. tunc enim arborem cædēs fit irregularis. Quando verò ipsa hominis actio non est immediata causa homicidii, sed remota, & non periculosa, nō inducit irregularitatem: ut si quis iocosum verbum diceret, ex quo homicidium sequeretur, talis iocosus non diceretur irregularis.

*De Irregularitate ex homicidio
lingua commisso. Cap.
83. 84. & 85.*

SI non contigit homicidium de facto, nunquam solius lingue homicidium irregularitatem inducit. At si de facto homicidium fiat, tunc lingue homicidium, cōsulendo, mandando, & defendēdo, potest esse voluntarium, aut

necessariam, aut casuale, & quandoque inducit irregularitatem, sed non semper eandem cum homicidio facti: ut si iudex mandet occidi reum zelo iustitię, & non ut occidat inuore vindictę, ille fit irregularis ex defectu, iste ex delicto. Legum autem Condones qui reis mortis poenā statuunt. Prælati etiam iurisdictionem habentes, qui ministris suis præcipiant contra malos iustitiam exerceri, non sunt irregulares, nec qui mandauit aliquid licitum, ex quo mors, quæ non videbatur timenda, est secuta, nec qui sine fictione mandatum ante factum reuocauit, nec cum mandatarius propria, non a. mandantis auctoritate, aut post statutū tempus occidit: alias mandans esset irregularis, & quandoque est mandatario non existente irregulari ut si filius aggressus, non propria voluntate, sed patris mandato impulsus, aggressorem

occidit. Aliquando mandans est irregularis ex defectu, vt iudex iustus: aliquando ex delicto, vt si iniustus, vel iniuste mandauerit quempiam occidi. Consulens pariter aliquid, vnde verisimiliter mors sequi videatur, si re ipsa sequatur efficitur irregularis, vt & mandans. Consilarii verò Principum & legistatores qui condunt leges in quibus statuitur poena capitalis in fontes, etsi fuerint clerici non incurrunt, nec qui consulunt vt quis pro fide Christi & Ecclesia defensione exponat se periculo mortis, nec clerici, & Religiosi, qui in bello iusto milites ad mortem hortantur inimicorum, nec qui ob sui necessariam defensionem clamant contra latrones, vel milites conuocant, & amicos: secus verò si solum in defensionem suarum rerum & ipsi intendant mortem illorum.